IONAS
IN NINIVE.

POESIS DRAMATICA SACRA,
SEV' ORATORIVM
CANTATVM
IN ECCLESIA CATHEDRALI
MANTVAE

Anno 1688.

Hora prima Noctis præeuntis Diei 14. Aprilis.

ORANTE NOBILIMA SOCIETATE
VVLGO
DELLA MORTE.

PARMÆ, Ex Typographia Galcatij Roſati 1688.
Superiorum permiſſu.

INTERLOCVTORES.

Textus.
Ionas.
Rex Niniue.
Angelus.
Chorus.

Monet auctor indultum hic Metro Italico Muſicæs amantiori; expunctos propterea, præterquàm alicubi, latini Carminis rigorem, & linguæ læuorem.

PRIMA PARS.

Ionas NIniue, Niniue;
Peruerſa Niniue,
Quæ Deum prouocas;
Aut illi protinus
Compuncta ſupplica,
Aut deſſolaberis.

Niniue, Niniue,
Superba Niniue,
Quæ te met ſordidas;
Aut Sordes ablue
Per Pœnitentiam,
Aut deſſolaberis.

Tex. Hæc mandante Deo
Ionas olim Clamabat Niniuitis,
Et per compita, & vicos
Ciues ad Pœnitentiam vocando,
Ibat has ſæpè voces replicando.

Ion. Pœnitentia: Pœnitentia,
Tamquàm mare mox placatum,
Quod ſubuertit Aquilo,
Iram Domini, peccatum
Fero mouit Sibilo.
Pœnitentia: Pœnitentia.

 Tam-

Tamquàm Cœlum mox ſerenum,
Quod velarunt nubila,
Dei Vultum tàm Amænum
Turbauerunt crimina.
Pœnitentia: Pœnitentia.

Text. Vt lapis in ſtagnum miſſus totam vndique circum
Turbat aquam, littuſque ipſum mox tangit in Vrbem
Sic Clamor hic latus Regis peruenit ad Aulam
Rex vocat ergo Ionam, verbiſque his increpat illum.

Rex Quis es tu, qui per Vrbem
Crocitas nobis mala, malus Senex?
Dicito.

Ion. Sum Propheta;
Ionas ſum ego. Deo Volente loquor.
Scelera veſtra diu,
Et nimis paſſus, ſe ſe in vultum, vltrà
Ferrè non poteſt, & punire parat.

Rex Imparem ſibi Deum
Tu nobis fingis, cum ineſſe fingis
Deo non infinitam tolerantiam.

Ion. Optimus ipſe, peſſima cum poſſit
Pati, ferrè non vult arbiter ipſe.

Rex Metam numquid habebit miſerator?

Ion. Finem nùm non habebit prouocator?

Rex Peccare humanum eſt;

Ion. Sed vitium quoque

Rex Hoc quoque humanum eſt

Ion. Non dudùm, & nimis.
In præceps itum

Rex Ergo quid agam doce.

Vult

Vulnerati qui aſperare
Non curare
Meditatur Vulnera
Pietatis,
Lenitatis
Non adimplet munera.

Ion. Humilia ò Rex te ipſum, & tecum trahe
Subiectos tibi. Exemplo
Moue volentes, & nolentes rape.
Depoſitum à Deo acceptum debeat Deo
Reges. id reddant iubet:
Subditos rectis moribus formatos.

Nobiles
Cui tangit animos
Victoris merito
Fruendi lux
Milites
In bellum properos
Præcedat, claſſico
Sonante, Dux.

Chor. Audite peccatores
Horum vobis alterutrum faciendum,
Aut pereundum eſt, aut Pœnitendum.

Finis Primæ Partis.

SECVNDA PARS.

Rex

PEccaui Domine: peccaui.
Culpas omnes, & peccata
Quæ patraui coràm te,
Ecce mihi deteſtata,
Munda Clemens, munda me.
A te cęcus aberraui peccaui Dne

Ion. Surge Niniue Impura.
Confundere contrita.
Supplica Deo tuo;
Sæpè quidquid reatus, & pœnarum
Abſtulit larga vena Lacrymarum.

Chor.

O' Clementiſſimè,
Qui ad Pœnitentiam
Reuerſos recipis,
Ploranti populo
Pro tua Clementia
Dignare parcere.

O' Suauiſſimè,
Qui ſupplicantium
Deſperas neminem,
Lugentem Niniuem
Miſericorditer
Placatus ſuſcipe.

Tex. O'

Tex. O' Lacrymæ
Ver Pœnitentiæ
Meſſis triſtitiæ,
Mæſta vindemia
Doloris.

O' Lacrymæ
Pietatis Balſama,
Elixir gratiæ,
Et mellificium
Amoris.

Vix ea Rex, populuſque omnis, cum nube refulgens
Aliger ex alta, talia verba dedit.

Ang. Viciſti, Niniue, viciſti
Contrà Cœlum quæ pugnaſti
Sorde, Culpa, Vitijs
Cœlum ipſum expugnaſti
Luctu, Planctu, Lacrymis.
Quod poſcebas accepiſti
Viciſti Niniue, viciſti.

Ionas ceſſa minari
Iram miſericordia ſubuertit
Hæc [redacted] prò Niniue Clamat
Odit peccantes; Pœnitentes amat.

Bella fortuna
Contritæ mentis;
Coràm tortore,
Coràm tormentis,
Pulſo furore,
Quæ pœnitentia
Dormit in vna.
Bella fortuna.

Chor.

Quiſquis audis hæc cantantes,
Et cantando ludere;
Si ſequutus es errantes,
Pœnitentes ſequere.

Aures tantùm delectando,
Senſa mentis perdere
Eſt Choræas ductitando
In gehenām pergere
Si ſequutus es errantes
Pœnitentes ſequere.

Finis Secundæ Partis.